



in Quar. fo  
 JOHANNES HASENBERGIUS Borsanus Lipsiae  
 Anno 1530, impudentissimam mendacissimam, et profa-  
 nissimam de Beato Lutsero Tragicomediam edidit  
 sub Titulo: insertis insuper quatuor scilicet figuris ineptissimis.  
 Ludus, Ludentem Luderum ludens, quo Johannes  
 Hasenbergius in Baccanalibus Lipsiae, omnes ludifi-  
 cantem Ludionem, omnibus ludentem exhibuit. In  
 sua scripto <sup>futilissimo</sup> impudens nequam, sacra miscet profanis,  
 et scurriliter tractat sanctum Dei virum, multosq; alios  
 ipsam Religionem nec obscure indicat, quibus Buris ac  
 studiis fascinatus, agitetur, cum suis Sociennis superstiosy  
 monachis piissimum nostrum Lutserum eiusq; sanctam  
 doctrinam, funditus eradicandi. Dignus sic scarra, blasphemus,  
 ut propter calumnias istas atrocissimas, lasciviamq; suam li-  
 dinosissimam, ipso in rogo, quem fidei dei sedes, accendere  
 impudentissime sategit, una cum scelerata sua fabula  
 totus intereat, atq; cremetur. Scriptum ipsum hodie  
 admodum rarum! extat in mea Bibliotheca.